

dixere causam tum nescioquam. iterum iubet :  
 nemo remisit. postquam accersunt saepius,  
 aegram esse simulant mulierem. nostra ilico  
 it visere ad eam : admisit nemo. hoc ubi senex  
 190 rescivit, heri ea causa rure huc advenit, 115  
 patrem continuo convenit Philumenae.  
 quid egerint inter se nondum etiam scio ;  
 nisi sane curaest quorsum eventurum hoc siet.  
 habes omnem rem : pergam quo coepi hoc iter.  
 195 *PH.* et quidem ego ; nam constitui cum quodam hospite 120  
 me esse illum conventuram. *PA.* di vortant bene  
 quod agas ! *PH.* vale. *PA.* et tu bene vale, Philotium.

## ACTVS II

LACHES SOSTRATA i

*LA.* Pro deum ätque hominum fidem, quod hęc genus est,  
 quaë haęc est coniuratio !  
 utin omnes mulieres eadem aequè studeant nolintque omnia  
 200 neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam repe-  
 rias !  
 itaque adeo uno animo omnes socrüs oderunt nurus.  
 viris esse advorsas aequè studiumst, simili' pertinaciast, 5  
 in eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad mali-  
 tiam ; et  
 eï ludo, si ullus est, magistram hanc esse sati' certo scio.  
 205 *SO.* me miseram, quae nunc quäm öb rem accuser  
 nescio. *LA.* hem